

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno MCCCXVI. ad annum MCCCCXXIII.

**Parisiis, 1644**

XXI. De exequiis episcoporum nuntiandis per capitula ecclesiarum  
cathedralium archiepiscopo & suffraganeis, vt deuote ab omnibus  
celebrentur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15653**

ANNO CHRISTI 1317. in iure contineatur, quod episcopi plures, vel vnuſ, non poſſint concedere indulgentiam vltra numerum quadraginta dierum, excepto in ſola eccleſia rum confeſcatione: quod de vno anno ſtatutum fuit in Concilio Forliuii celebrato per bonæ memoriæ fratrem Bonifacium prædeceſſorem noſtrum, circa prælatos eleemosynarios, ſub rubrica de pauperibus alendis, limitamus & reducimus ad numerum 40. dierum, hoc ſacro approbante Concilio. Ad hoc diligenter conſiderantes, quod qui aliis præſunt, lenitatem cum feueritate miſcere de- bent, & cum ſubditis miſericorditer agere: ita ta- men quod honestas & disciplina clericalis non de- ſtituatur, aliam noſtram conſtitutionem prouin- cialem editam & promulgatam per nos in Concilio Argentæ celebrato, poſtam ſub titulo, de ætate & qualitate ordinandorum, duximus moderan- dam, eodem ſacro approbante Concilio statuen- tes, quod non obſtantē conſtitutione prædicta, nos & quilibet episcopus cum ſuis ſubditis diſpenſare poſſimus, qui contra tenorem & formam dictæ conſtitutionis ad ordines ſunt promoti, vel in fu- turum promouerentur. Hortamur tamen pro re- uerentia Dei dictos dominos episcopos, quod conſtitutionem ipsam ſic ſalubriter ſtatutam obſer- uent, & mandent a ſubditis obſeruari, ne per pro- prias vel alias personas indignas & minus ſufficien- tes ad ordines promoueri contingat: quod ſolum mens dictæ conſtitutionis requirit.

R V B R I C A X X I.

Item cum negligentia seu contumacia indeuo-  
*Concil. Tom. 29.* H

torum pœna condecenti debeat puniri , & in Concilio Rauennæ per nos celebrato inter alia fuerit statutum , quod capitula ecclesiarum cathedralium quam citius commode possent , obitum suorum episcoporum singulis comprouincialibus episcopis deberent nuntiare : & si super hoc fuerint negligentes vel remissi , hoc sacro approbante Concilio statuimus , quod capitula ipsa infra 10. dies postquam sciuerint suum episcopum defunctum fore , archiepiscopo & singulis suffraganeis teneantur nuntiare : alioquin pœnam 10. librarum Rauennatum ipso facto incurvant , distribuendarum in vſus pios metropolitani arbitrio .

## RVBRICA XXII.

Desiderabiliter affectantes in iis per quæ saluti consulitur animarum , humanæ fragilitati , quæ facile declinat ad malum , via salutifera prouidere , auctoritate Dei omnipotentis & beatorum apostolorum Petri & Pauli , ac approbatione huius sacri Concilii , absoluimus , seu absoluendos decernimus omnes & singulos subditos nostros & suffraganeorum nostrorum , & ecclesiæ Rauennatis , qui pœnas aliquas seu pœnam , contentas vel contentam in sacris constitutionibus nostris , seu prædecessorum nostrorum , prouincialibus seu synodalibus nostris , vel suffraganeorum nostrorum , vel qui notam inobedientiæ incurrissent , mandatis nostris seu ordinarii vel vicarii nostri , seu ordinarii eiusdem , non parendo , si contriti confiteantur infra vnius mensis spatium a notitia præsentis , & ad mandata ordinarii , læso secundum formam eccl-